

University of Memphis
Language Fair 2024
Latin Translation
Level I

This is a paper-and-pencil translation (2 hrs. max.). The use of a Latin-English dictionary is allowed; however, participants must not use any online tool.



Dē Asinō Parvō

Senex et filius parvō cum asinō in viā prōcēdunt. Mox duae puellae eōs cōspiciunt. Ait ūna, “Eccel! Stultī hominēs habent asinum, sed pedibus prōcēdunt, nōn ab animālī vehuntur. Trēs asinī, nōn ūnus, prōcēdunt!” Tum filius in asinum ascendit et prōcēdunt, filius in asinō, pedibus pater.

Deinde eōs vident trēs senēs. Ait ūnus prō omnibus, “Ō tempora, Ō mōrēs! Ubi est pietās antiq̄ua?” Magnō cum dolōre afficitur filius, et dēscendit, pedibusque prōcēdit. Pater in asinum ascendit.

Dēinde accūsant fēminae duae unā vōce patrem, quod¹ filius parvus tantum labōrem sustinet. Senex igitur filium quoque in asinum impōnit. Et pater et filius in asinō sēdent.

Mox autem viātor murmurat, “Asinus tam parvus est. Cūr hominēs ab asinō vehuntur? Cūr hominēs validī nōn ambulant? Cūr animal nōn portant?”

Verbīs afficiuntur et pater et filius. Ambō² descendunt et animal parvum portant duō hominēs. Omnēs rīdent quod hominēs tam stultī sunt.

Tandem pater, “Nihil,” inquit, “ab omnibus probātur.” Asinum igitur dēpōnunt et omnēs magnō gaudiō³ pedibus prōcedunt.

¹ quod = “because”

² Ambō = “Both”

³ magnō gaudiō = ablative of manner; *cum* is generally not expressed if the noun is modified by an adjective.